



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Basilea Sacra Sive Episcopatus Et Episcoporum Basileensium Origo Ac Series

Sudan, Claudius

Brvntrvti, 1658

57. Humbertus de Novo-castro.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11463

HUMBERTVS

Comes de Novo-castro.

Basileensis Episcopus.

LVII.

E Lectio Humberti, ut in novis
Emutationibus plerumque acci-
dit, spe magnâ compleverat ani-
mos, illum demum ex tot Principi-
bus fore, qui bellis intempestivè su-
sceptis, aut maiori, quàm ferret
Diœcesis, luxu, accisam restitueret
rem. Et certè, poterat id præstare
omnium commodissimè Humbertus,
si serius fuisset animus, ut erat
facultas, de hoc Episcopatu merendi
bene, & æternum apud posteros sibi
nomen comparandi. Etenim, qui
oppignoratas tenebant plerasque
huius Episcopatus Toparchias, san-
guine aut affinitatibus coniuncti
erant Humberto: cui proinde in

T

gra-

*Anna
Christi
1395r*

Anno
Christi
1395.

gratiam illustris, ex qua procreatus erat, apud Burgundos familiæ, tantò proniori voluntate gratificati, ea Ecclesiæ bona restituisſent, si mutuò data reddi, expensa persolvi, & præstiti à se obsequiosi officij aliquam honestam exhiberi rationem perspexissent. Sed spem de se conceptam longè fefellit Humbertus, quandoquidem anno 1400. Leucostabulum, Vallenburgum & Hochburgum Basileensibus jure perpetuo addixit: S. Vrsicinum insuper, Pluzhusium Montem liberum, Theobaldo Neoburgensi Comiti, aliis alia in pignus pro accepto gravi ære devinctum mancipavit. Ita nempe sensim per partes erat promercialis exposita Basileensis Episcopatus ditio, ut ex illius amplitudine nihil, præter Bielam, arcem Ergue & vallem S. Himerij cum Delsperga super-
e.ſet.

Basile-

Basileenses interim, qui ad suam ^{Anno} libertatem propius identidem respi- ^{Christi}
ciebant, foedere junguntur Solodo- ¹³⁸⁵
ranis & Argentinensibus in fidem
mutui auxiliij, ubi res ferret, coniu-
rati, dum per id tempus glisceret in
illâ etiam urbe, intestina tumultu-
antium alrercatio propter Begatos
& Beginas, quas Dominicani Patres
insectabantur; Franciscani verò non
minùs acri, quàm illi, studio defen-
sabant. Eodem anno, 2. Augusti
Electores abrogant Imperiũ VVen-
cesslao, cui suffectum Rupertum Pa-
latinum Rheni, suscepto in Italiam
itinere, Basileenses lectissimo Iuven-
tutis & Civium flore comitantur.
Sed nec longa quiete frui poterat,
continuata belli serie exercenda Ci-
vitas. Ventum rursus ad manus,
bellum quinto Octobris indicenti-
bus Præfectis Leopoldi IV. & Fride-
rici Archiducum. Post illatas utrimq;

Anno
Christi
1507.

clades, bellicum iustitium utrimq;
promulgatur. Pace igitur cum his re-
compositâ, mox Episcopi gravem in-
currunt offensam Basileenses, quod
ipsimet Cives contra morem maio-
rum, repugnante Episcopo & Cano-
nicorum Collegio Senatum, & Ma-
gistratum pro libitu legissent; caus-
lati, in bello Austriacò, haud satis
fidelem à juratis Episcopi Præfectis
se expertos fuisse operam. Hum-
bertus, ne quid sua jura detrimenti
paterentur, controversiam ad Sigis-
mundi Imperatoris tribunal defert,
in Concilio Constantiensi, anno
1417. Examinatâ causâ, legatus à Cæ-
sare Rudolphus Marchio ab Hoch-
berg Cives ad officium & subiectionem
reducit.

1413.

Anno Christi 1413. in Decembri
agitari cœptum est de generali Con-
cilio Constantiæ ad Acronium cele-
brando, quod Patres illuc convoca-
tos

tos anno mox sequenti magno nu- *Anna*
mero abundè occupavit, nec finem *(brist)*
vidit ante annum 1418. 1413.

Qua in re deprædicare satis nulla possit ætas sollicitudinem religiosissimi Imperatoris Sigismundi, cuius opera singulari oppressum tandem schismatis virus, & hæretica VViclefi Anglicani Zizania revulsa maturè, quæ profeminare & latè spargere occæperant Antesignani duo huius sectæ Ioannes Hus & Hieronymus Pragensis, vivi ambo, quia ponere contumaciam nolebant, pro merito concremati. Nemo non obstupuit ementita hæc religionis simula- chra, & splendide illudentes sanctorum Christi athletarum mimos, Inferni Ludionis artibus in hanc scenam Tragicam diu exercitatos. Concilium anno 1418. in Aprili finitum est. Vbi tandem agnitum Ecclesiæ caput Martinus V. depositis pseudo-

Anno
Christi

Episcopis tribus auctoritate Conci-
lij, reliquus, quoad fieri potuit, sta-
tus in meliorem normam compo-
situs est. Eodem tempore, melio-
rem etiam ex hac mortali adiit vitam
Basileensis Episcopus Humbertus
anno 1418.

1419.

HARTMANNVS

Mönch à Mönchenstein.

Basileensis Episcopus.

LIIIX.

PLuribus quidem calculis ex scru-
tinio Canonorum alios super-
averat dignitatis huius Candidatos
Hartmannus à Mönchenstein, at ve-
ro Pontifex Martinus V. virum senio
gravem, minùs aptum fore ratus
oneri ferendo, quod ille facer honos
adiunctum habet, in Conradum
Eliæ SS. Theologiæ Doctorem &
Collegij Canonorum in Concilio
lega-